

LATIJN IN ALKMAAR

Christiaan L. Caspers &
Maurits S. de Leeuw



KOLCHIS

LATIJN IN ALKMAAR

Christiaan L. Caspers & Maurits S. de Leeuw (red.)



Colofon

Latijn in Alkmaar is samengesteld in opdracht van het Nederlands Klassiek Verbond, afd. Alkmaar, en werd geredigeerd door C.L. Caspers & M.S. de Leeuw.

Uitgeverij
Kolchis Alkmaar
Hekelstraat 13
1811 BL Alkmaar

Drukwerk
Pumbo

Boekverzorging
Daphne de Vries / Bureau Merkwaardig

ISBN 978-94-6511-182-7
NUR 685

© Kolchis Alkmaar 2024

Niets uit deze uitgave mag verveelvoudigd en/of openbaar gemaakt worden door middel van druk, fotokopie, microfilm, internet of op welke wijze dan ook, zonder schriftelijke toestemming van de uitgever.



Inhoud

Latijn in Alkmaar Christiaan L. Caspers & Maurits S. de Leeuw	7
Een schoolleidersleven: <i>het Alkmaarse rectoraat van Johannes Murmellius</i> Christiaan L. Caspers	II
Johannes Murmellius, <i>Brief over de methode van onderwijs voor jongens op een middelbare school</i> Latijnse tekst en vertaling van Vincent Hunink	22
Het Latijnse boekenhart van Alkmaar: <i>Latijn in de Alkmaarse Librije</i> Lisette Blokker	43
Latijnse inscripties in Alkmaar Maurits S. de Leeuw	59
Appendix	75

Johannes Murmellius, *De ratione instituendi pueros in schola triviali epistola*

Joannes Murmellius Ruremundensis Joanni Aedicollio
Agrippinensi suo salutem plurimam dicit.

Quod rerum mearum certior a me fieri cupis, haec ad te
scribenda censui, ne diutius officium meum desideres.

Non sum Monasterium remigraturus, ubi tredecim annos (ut
nosti) liberales disciplinas professus sum, quod aequo animo
ferre non possim maiorem illic a quibusdam rei nummariae
quam scholasticae rationem haberi, et nimia praeceptorum
indulgentia nihil quam sua compendia studiosius sectantium,
neglectis interim discipulis, horum mores corrumpi, ac novis
subinde librorum ambagibus eorum confundi ingenia variis-
que et superfluis traditionibus a literario profectu retardari.
Sed de his brevi (ut spero) et aliis quibusdam coram latius
commentabimur, quod ea literis minime committenda vi-
deantur.

Johannes Murmellius, *Brief over de methode van onderwijs voor jongens op een middelbare school*

vertaald door Vincent Hunink

*Johannes Murmellius uit Roermond doet de hartelijke groeten
aan zijn Johannes Aedicollius uit Keulen.*

*Aangezien je graag van me wilt horen hoe het met me gaat, heb
ik gemeend je deze regels te moeten schrijven. Daarmee vervul ik
mijn plicht, je behoeft daar dan niet langer op te wachten.*

*Ik ben niet van plan terug te keren naar Münster, waar ik der-
tien jaar (je weet het) de hogere vakken heb gedoceerd. Dat komt
omdat ik niet gelaten kan verdragen dat sommigen daar meer
gericht zijn op hun financiën dan op het onderwijs. De docenten
laten het allemaal maar lopen en jagen alleen met grote inzet
hun eigen voordeel na, terwijl intussen de leerlingen worden ver-
waarloosd. Zij gaan er moreel op achteruit, en door steeds weer
nieuwe boeken, met alle onduidelijkheid vanden, raken de hoof-
den van de leerlingen verward: allerlei overbodige lessen zorgen
voor vertraging in hun literaire vorming. Maar daarover, en over
enkele andere zaken zullen we binnenkort (naar ik hoop) uitvoe-
riger spreken. Het betreft dingen die beslist beter niet op papier
kunnen worden gezet.*

Alcmariensibus nova conventionem factam in novennium ad tractandas diligenter res scholasticas obstrictus sum, qui numerus annorum eo impensius complacuit, quod non solum novem musis, quas poetae, sed choris etiam caelestium spirituum, quos theologi nostri constituunt, respondeat. Scio autem plerosque vehementer admiraturos, quod a tot praeclaris civitatibus, quot nunc recensere mea non sinit modestia, ne cuiquam fortassis ambitiosior videar, saepenumero in ludi magistrum expetitus, amplo etiam honorificoque salario proposito, hic agere malim non procul ab oceano in extremis terrarum oris, quo discipulorum frequentia (que magistri studium excitare solet) undique gentium confluere non satis commode queat.

Sed mihi certum est malle modicum gregem in amenissimis, saluberrimis feracissimisque pascuis bene pascere, quam immodicum, et ex ovibus, capris hircisque collectitium in solo insalubri et pestifera palude contagiis vitari scabieque mori permittere.

Est enim hic salubritas aeris tanta, ut plerique senes gravissimi et fide digni asseverent nunquam hic pestilentiam saevire solitam nisi forte huc se receperint alibi ea infecti, tumque ad perpaucos proserpere ac brevi illam evanescere.

De amenitate vero huius opidi nihil attinet ad te scribere, quandoquidem ipse superioribus eam mensibus perspexisti. Unum hoc tacere non possum, piscium, avium, cuniculorum tantam hic esse copiam, ut nusquam terrarum esculentissi-

Met de Alkmaarders heb ik een nieuwe overeenkomst gesloten, waarbij ik me heb verplicht het onderwijs zorgvuldig te organiseren, voor een periode van negen jaar. Dat aantal jaren beviel me des te nadrukkelijker, omdat het zowel overeenstemt met de negen Muzen als met de scharen van de hemelse geesten. Het eerste is bepaald door de dichters, het tweede door onze theologen. Nu besef ik wel dat veel mensen zeer verbaasd zullen staan over mijn keuze. Door zo vele schitterende steden (ik loop ze maar niet allemaal langs, mijn bescheidenheid laat dat niet toe, anders denkt iemand misschien nog dat ik me te veel aanmatig) ben ik dikwijls aangezocht als onderwijzer, waarbij mij een ruim en eervol salaris werd geboden. Waarom wil ik dan toch liever hier actief blijven? Hier, niet ver van zee, in een uithoek van de wereld, waar massa's leerlingen (voor een docent vaak interessant!) niet echt goed van alle kanten kunnen samenstromen?

Voor mij evenwel staat het vast: liever een bescheiden kudde goed hoeden op prachtige, gezonde en vruchtbare velden, dan een mateloos groot samenraapsel van schapen, bokken en geitenbokken laten besmetten en verpesten op ongezonde grond, in ziekmakend moerasgebied, en ze laten sterven door de schurft.

Ja, er heerst hier echt een enorm gezonde lucht! Volgens tal van serieuze en geloofwaardige ouderen is dit gebied nooit geteisterd door een epidemie, tenzij eventueel mensen hierheen zijn getrokken die elders besmet waren. Maar dan nog stak de ziekte heel weinig mensen aan en verdween weer binnen de kortste keren.

Over de aangename kanten van deze stad behoef ik je niet te schrijven, aangezien je die in de afgelopen maanden zelf goed hebt kunnen zien. Eén ding echter kan ik niet verzwijgen: er is hier zoveel vis, gevogelte en kleinwild, dat nergens ter wereld voor

ma quaeque vilia distrahantur. Nam caseorum in his agris et butyri (quae teste Plinio barbarorum gentium laudatissimus cibus est) infinitam vim provenire quis ignorat.

Quo fit ut ob frequentem mortalium huc confluxum domicilia carius constant eoque paulo pluris quam alibi cubacula scholasticis locentur, quod nonnulli tenuiores et rerum nondum experti gravantur, verum id lectorum molities, stragulorum ac totius supellectilis lautissima mundicia variaequae aliae commoditates abunde compensant.

Iam vero in tanta opinionum et sententiarum diversitate quam discipulos instituendi rationem sequar, paucis accipe.

Quid super ea re Quintiliano rhetori diligentissimo visum fuerit haud ignoras, quid item Baptista Guarinus, et Erasmus noster (ut ceteros preteream) de discendi docendique modo ac ordine sentiant et precipiant legisse te compluries non dubito. Verum eorum praecepta penitus exequi in hisce ludis trivialibus ob plurimas causas non est opportunum. Et vix millesimo cuique discipulorum ita continget vel ab uno eodemque praeceptore vel in una schola erudiri.

Sed meruerunt illi quidem laudem non parvam suadentes optima praeclaris ingeniis ad summam exactae eruditionis et eloquentiae arcem foeliciter tendentibus. Nos vero quamplurimis simul consultum cupimus, nec iis modo qui melioris

zo weinig geld de beste etenswaren te koop zijn. En dan spreek ik nog niet van kaas en boter (volgens het getuigenis van Plinius het meest geliefde voedsel bij barbaarse stammen). Daarvan wordt in deze contreien eindeloos veel geproduceerd, wie weet het niet?

Door dit alles komt hier veel volk samen, waardoor de huizenprijzen hoog liggen. En voor kamerhuur moeten studenten wat meer betalen dan elders. Sommige armlastigen die nog geen praktische ervaring hebben opgedaan vinden dit bezwaarlijk. Maar de bedden zijn hier heel zacht, en het beddengoed en alle huisraad is tiptop schoon. Dat, en diverse andere prettige voorzieningen, maakt het allemaal ruimschoots goed.

Over onderwijs lopen de meningen sterk uiteen en zijn er veel verschillende visies. Welke methode hanteer ik nu tegenover leerlingen? Dat wil ik je in het kort vertellen.

De ideeën hierover van Quintilianus, die uiterste zorgvuldige leermeester in de welsprekendheid, ken je natuurlijk wel. En wat Baptista Guarinus en onze Erasmus (aan de rest ga ik even voorbij) allemaal denken en voorschrijven over de juiste methode en organisatie van leren en doceren, dat heb je ongetwijfeld meermaals gelezen. Maar zouden we hun regelgeving heel precies moeten toepassen op de middelbare scholen hier? Nee, dat is om verschillende redenen niet wenselijk. En amper een op de duizend leerlingen treft het dat hij zijn hele opleiding krijgt van een en dezelfde docent of op een en dezelfde school.

Maar de voornoemde denkers hebben zeker aanzienlijke lof verdiend. Hun adviezen zijn voortreffelijk als het gaat om bijzondere talenten die zich met succes richten op de absolute top van verfijnde geleerdheid en welsprekendheid. Wij echter zien graag iets

sunt ingenii, sed tardioribus etiam et tamen id literaturae quaerentibus, quod sufficiat ad Deo optimo maximo sancta morum integritate militandum. Non enim omnium est (ut veteri fertur adagione) Corinthum navigatio, nec cuivis datum absolutum illum doctrinarum orbem et oratoriam consequi facultatem. Bene ait Horatius: *Est aliquo prodire tenus, si non datur ultra.*

Proinde non censeo pueris simul tum graecae, tum latinae grammaticen inculcandam, tametsi fatear hanc sine illa neminem ad unguem callere posse, sed latinam literationem (quam grammaticen graeca dicimus appellatione) primum illis breviter tradendam esse.

Quam ad rem commodissimi ex tanta grammaticorum turba quae nunc circumfertur videntur nobis hi libelli: Donatus *De octo partibus orationis*; de declinationibus libellus, cui titulum indidimus *Nucleos*; *Examen grammaticum* a Georgio Simler emendatum; Pyladae Brixiani *Grammatica*; *Compendium* Erasmi de constructione octo partium orationis. *Artis versificationis rudimenta*; Dati Senensis *In eloquentiam isagoge*; Antonii Mancinelli *De figuris opusculum*; Erasmi *De duplici copia rerum ac verborum commentarii duo*. His addi et intermisceri volumus selectissima et maxime necessaria ex grammaticorum probatissimis idque diligentis magistri iudicio relinquimus, quem par est apum morem imitari, quae de diversis floribus solent mella componere et favorum cellulas coaptare.

geregeld voor zo veel mogelijk leerlingen. Niet alleen voor de beste talenten, maar ook de wat minder snellen, die toch zoveel schooling vragen als volstaat voor dienst aan de beste en hoogste God op een heilige, moreel integere manier. Niet elke scheepsreis voert (gelijk het oude spreekwoord gaat) naar Korinthe, en niet eenieder is gegeven zich de complete cyclus van vakken alsook retorische vaardigheid eigen te maken. Treffend zei Horatius: Men kan een stapje voorwaarts, zelfs als 't daarbij blijft.

Vandaar ook dat jongens naar mijn mening niet tegelijkertijd de grammatica in het Grieks én het Latijn aangeleerd moeten krijgen, ook al erken ik dat perfecte beheersing van het tweede zonder het eerste voor niemand is weggelegd. Nee, zij moeten eerst in kort bestek vertrouwd raken met de Latijnse 'spraakleer' (dat wat we in het Grieks 'grammatica' noemen).

Uit de grote hoeveelheid grammatica's die nu in omloop zijn vind ik de volgende boekjes voor dit doel het meest geschikt: Donatus, Over de acht delen van de rede; het bandje over verbuigingen dat we hebben voorzien van de titel Kern; het Grammaticaal Onderzoek in de verbeterde versie van Georgius Simler; de Grammatica van Pylades van Brescia; het Compendium van Erasmus over het systeem van de acht woordsoorten; de Beginselen van de kunst van versbouw; Datus van Siena, Introductie tot de welsprekendheid; Antonius Mancinellus Kort overzicht van stijlfiguren; en Erasmus' Twee commentaren over tweeledige overvloed aan inhoud en vorm. Daarbij en daartussen zie ik graag nog geselecteerde, onmisbare passages van grammatici die zich in de praktijk hebben bewezen. Dat laatste laat ik over aan het oordeel van de zorgvuldige docent, van wie verwacht mag worden dat hij de bijen navolgt: die stellen uit allerlei bloemen hun honing samen en brengen daarmee in de raten cellen aan.

At interim dum haec tradentur, ut eorum tristitudo iucunditate relevetur, praelegendi sunt discipulis exquisiti aliquot libri scriptorum non modo veterum (ut quidam contendunt) sed et recentiorum, maxime autem eorum qui stili elegantia proxime ad illos accedunt. Ex veteribus omnium doctorum iudicio maxime probantur Cicero et Vergilius. Fabius *Ille* inquit *se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Vergilium* (ut ait in primo *De civitate Dei* libro divus Aurelius) *propterea parvuli legunt, ut videlicet poeta magnus omniumque praeclarissimus atque optimus teneris ebibitus animis non facile oblivione possit aboleri, secundum illud Horatii: Quo semel est imbuta recens servabit odorem / testa diu.* His addimus Terentium, Plautum, Livium, Salustium, Horatium, Valerium Maximum, Plinium Iuniorem et A. Gellium.

Porro recentiorum poetarum imprimis enarrandi videntur Baptista Mantuanus et Lodovicus Bigus, oratorum vero Campanus, Politianus, Philelphus et Sabellicus.

Christianorum veterum si quis enarrandos susceperit Lactantium, Hieronymum, Ambrosium, Cyprianum, Prudentium, summis eum laudibus duco efferendum. Hoc enim cumprimis curandum est, ut dum grammaticis operas pueri dabunt, ad sacrae scripturae et scientiae pietatis amorem excitentur.

Ceterum in dialecticis vixdum habemus, quem tyrunculorum studiis aptum censeamus. Nam Petrus Hispanus barbariem olet, Trapezuntius iusto rhetorices amantior ex lucido com-

Tijdens dit onderricht moet er ook iets worden gedaan tegen een sombere sfeer in de klas. Ter opvrolijking moeten leerlingen voorgelezen krijgen uit een paar speciaal uitgezochte boeken, niet alleen van oude schrijvers (zoals sommigen beweren), maar ook van meer recente auteurs, en dan vooral degenen die qua stilistische elegantie de ouden het dichtst benaderen. Van de ouderen zijn naar het oordeel van alle geleerden vooral Cicero en Vergilius heel geschikt. Besef dat je voortgang hebt geboekt, zegt Quintilianus, wanneer Cicero zeer naar je smaak is. En Vergilius (zo zegt de goddelijke Aurelius het in boek één van zijn Stad Gods) krijgen de kleintjes te lezen met een reden. Zo wordt namelijk de grote, allerprachtigste en allerbeste dichter door jonge harten ingedronken en kan hij daar niet gemakkelijk door vergetelheid worden uitgewist. Het is zoals die spreuk bij Horatius: 'een kruik behoudt nog lang de geur van dat / waarmee hij, toen hij nieuw was, werd gevuld'. Hieraan voeg ik Terentius en Plautus toe, verder Livius, Sallustius, Horatius, Valerius Maximus, Plinius de Jongere en Aulus Gellius.

Van de meer recente dichters moeten vooral Baptista van Mantua en Lodovicus Bigus worden behandeld, van de redenaars Campanus, Politianus, Philelphus en Sabellicus.

Waagt zich iemand aan de behandeling van oude christelijke schrijvers, en kiest hij dan voor Lactantius, Hiëronymus, Ambrosius, Cyprianus en Prudentius, dan vind ik dat hij de hoogste lof verdient. Want hier is speciale zorg vereist: als jonge leerlingen zwoegen op de grammatica moeten ze ook bewogen worden tot liefde voor de Heilige Schrift en voor kennis van vroomheid.

Maar wat dialectiek betreft heb ik nauwelijks iemand die ik geschikt acht voor de studie door beginners. Want Petrus de Spanjaard ruikt barbaars en Trapezuntius houdt van retorica meer

pendio in obscurum dispendium transit. De Valla liberum aliis iudicium relinquo. Francisci Pici quinque quos de arte dialectica pollicitus est libros nondum vidimus.

Rhetoricam ad Herennium et Quintilianum studiosi[s] eloquentiae lectitent. Mathematicas autem disciplinas nec contemnendas suadeo, nec usque adeo amplexendas, ut morali philosophia neglecta in illis discentes consenescant. Sine virtutum namque studio quantalibet doctrinarum cognitio prodest nihil. Quamobrem auditores a teneris (ut aiunt) unguiculis officiorum praeceptis sunt imbuendi, nec tam linguae expositioni, quam pectoris culturae diligenter invigilandum est.

Haec igitur eis praescripsimus, qui si servaverint brevi evadent perhumani.

- Scholastici deum imprimis timento, eiusque praecepta diligenter observanto.
- Parentibus et magistris obediunto.
- Sacerdotibus, magistratibus et praeceptoribus reverentiam exhibento.
- Cum dominis contubernii, contubernalibus et condiscipulis humaniter honesteque versantor.
- Nemini vim inferunto.
- Rebus alienis manus abstinento.
- Extra contubernium nocte ne dormiunto, neque per vicos divagantor.
- Lupanaria ganeasque ne ingrediuntor, neque cum feminis rem habento.
- Ensiculum, pugionem sicamve ne gestanto.

dan goed is en steekt van de heldere, directe weg over naar warrige omwegen. Inzake Valla laat ik het oordeel over aan anderen. De door Franciscus Picus toegezegde vijf boeken over dialectiek heb ik nog niet gezien.

De Retorica aan Herennius en Quintilianus vormen vaste lectuur voor wie zich toelegt op de welsprekendheid. Rekenkundige vakken moeten niet geheel worden verwaarloosd, is mijn advies, maar ook niet zo innig omarmd dat leerlingen er oud mee worden zonder enige aandacht voor moraalfilosofie. Zonder studie van deugden baat namelijk ook omvangrijke theoretische kennis helemaal niets. Daarom moeten de toehoorders 'van kindsbeen af', zoals het heet, worden doordrenkt met regels over hun plichten. Zorgvuldige waakzaamheid is nodig voor de ontwikkeling van het hart, meer dan voor de vorming van de tong.

De volgende praktische regels heb ik voor leerlingen voorgeschreven. Wie ze aanhoudt wordt in korte tijd door en door een fatsoenlijk mens.

- *Studenten moeten bovenal God vrezen en zijn voorschriften zorgvuldig in acht nemen; verder:*
- *ouders en leermeesters gehoorzamen;*
- *respect betuigen aan priesters, bestuurders en leraren;*
- *vriendelijk en beleefd omgaan met huisleiders, huisgenoten en medeleerlingen;*
- *tegen niemand geweld gebruiken;*
- *niet aan andermans spullen komen;*
- *'s nachts niet slapen buitenshuis en niet over straat zwerven;*
- *geen bordelen of kroegen binnengaan, geen omgang hebben met vrouwen;*
- *geen klein zwaard, steekmes of dolk bij zich hebben;*

- Aleam ne ludunto.
- Ebrietatem vitanto.
- Capillo tonso vestituque decenti apparento.
- Dominicis feriatisque diebus rem divinam sacramque concionem audiunto. Pecuniae parcunto.
- In tempore scholam literariam frequentanto.
- Grati benevolique sunt.
- Dociles et attentos se praebent.
- A magistris audita domi relegunt, et audienda premeditant.
- Bene vivere et latine loqui assuescunt.

Ad haec cum quotidiana exercitatione melius sit nihil, et rectissime a Caesare dictus sit *omnium rerum magister usus hominum adhibita sollertia*, volumus eum morem a discipulis nostris sedulo servatum iri, quem ab Alexandro Hegio praecceptore quondam nostro tum doctissimo, tum vigilantissimo didicimus, ut singuli suum sibi habeant sive kalendarium, sive diarium, seu malis ephemerida graeco nomine vocitare. Quo in libello quotidie pro suo quisque in studiis profectu et ordine quaedam adnotent quamvis singulatim parva, tamen ubi in summam coaluerint non parum profutura. Nam iuxta Hesiodicum praeceptum: *Parvula si tentes superadiecisse pusillis, / Idque frequens peragas, magnus cumulatur acervus.*

Memoriae proditus est Apelli prestantissimo pictori perpetuam fuisse consuetudinem nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo artem exerceret, ex quo natum est proverbium, cum significare volumus non esse frustra tempus terendum: *Nulla sit dies sine linea*, super quo Faustus poeta lepidissimus hunc in modum lusit: *Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit. / Non decet ignavum praeteriisse diem.*

- *niet dobbelen;*
- *dronkenschap vermijden;*
- *netjes geknipt en fatsoenlijk gekleed gaan;*
- *op zon- en feestdagen de heilige mis bijwonen;*
- *zuinig zijn met geld;*
- *op tijd de lessen bijwonen;*
- *dankbaar en vriendelijk zijn;*
- *iets willen leren en aandacht opbrengen;*
- *thuis herlezen wat de leermeesters hebben verteld, prepareren wat zij gaan vertellen;*
- *een gewoonte maken van goed leven en Latijn spreken.*

Daarbij nog dit. Er gaat niets boven dagelijkse oefening, en zoals Caesar het zeer treffend formuleert: in alle dingen is ervaring leermeester voor de mens, als hij zijn verstand erbij houdt. Daarom wil ik dat mijn leerlingen heel secuur doen wat ik zelf heb geleerd van mijn voormalige docent Alexander Hegius, een uitstekend wetenschapper en pedagoog: iedereen houdt er zijn eigen agenda of dagboek op na (de term 'journaal' is ook goed). In dat boekje noteert ieder elke dag iets al naar gelang zijn voortgang en graad in de studie. Dat mogen elk apart kleine aantekeningen zijn, maar als ze één geheel zijn geworden heb je er beslist veel aan. Hier geldt het voorschrift van Hesiodus: Poog je bij het kleine steeds iets kleins te doen, / en dat heel vaak, dan heb je straks een grote stapel.

Er is een oud verhaal over een vaste gewoonte van Apelles, de grote, vooraanstaande schilder. Nooit was hij een hele dag zo drukbezet dat hij niet ook even zijn kunst beoefende door wat lijnen te trekken. Hieruit is het spreekwoord ontstaan voor als we willen aanduiden dat je niet zomaar tijd moet verspillen: geen dag zonder lijntje. Hierop zinspeelt de charmante dichter Publius Faustus Andrelinus als volgt: Geen dag waarna geen lijntje op papier blijft staan! / Het past niet dat een dag werkloos verstrijkt.

Incohato igitur calendario septanus (ut huiusmodi iam vocabulis pace omnium utar) singulis dierum ternas dictiones assignet cum germanica interpretatione, nec gravatim eas memoriae commendet genere quoque et declinatione uniuscuiusque breviusculis notis adiuncta.

Sextanus quotidie scribat ediscatque vel adagium vel sententiam insignem cum vernacula expositione ac ternis vocabulis aut in desumptis aut certe illi quadrantibus.

Quintanum iubemus itidem cuiuslibet probati poetae versum diario memoriaeque inscribere, subiecto primum constructionis ordine, deinde sensu prosa oratione tum latine tum germanicae quadam quasi ecphrasi fideliter explicato.

Quartanis primum versus distichive scansio quotidie notanda est eum in modum, quem Aldus Manutius graios imitatus tradidit, deinde asscribenda dialectica vel definitio vel divisio.

Tertianorum unusquisque aut distichon aut epistolium componat, et argumentationem, vel demonstrativam vel dialecticam vel sophisticam, cum terminorum expositione vel loco fallaciaeve indicio.

Secundanus primanusque quot diebus vel epistolam vel epigramma scribat binaque graeca cum eorum interpretatione vocabula.

His enim rudimenta graecitatis tradenda censemus enarrandaque Chrysolorae, Constantini, aut Theodori grammatica,

Als dus met zo'n agenda een begin is gemaakt moet een 'eersteklasser' (om zulke termen nu maar te gebruiken, met aller welnamen) elke dag drie woordjes erin opnemen, inclusief Nederlandse vertaling, steeds met afkortingen voor geslacht en verbuiging, zodat hij ze gemakkelijk kan memoriseren.

Tweedeklassers schrijven dagelijks een gezegde of bijzondere uitspraak op, die ze aldus van buiten leren. Daarbij geven ze een uitleg ervan in hun moedertaal, plus steeds drie woordjes vanuit een speciale lijst of althans woordjes die bij hen passen.

Een derdeklasser moet eveneens een vers van een beproefde dichter in zijn dagboek schrijven en memoriseren. Daarbij geeft hij eerst de constructie aan en verklaart hij vervolgens de betekenis in een soort tekstgetrouwe prozabeschrijving, zowel in het Latijn als in het Nederlands.

Vierdeklassers moeten elke dag eerst een vers of distichon op papier scanderen, en wel volgens het systeem dat Aldus Manutius heeft overgeleverd in navolging van de Grieken. Daarna moeten ze een dialectische definitie of indeling erbij schrijven.

Iedere vijfdeklasser schrijft zelf een distichon of een korte brief, met daarbij een argumentatie, hetzij retorisch, hetzij dialectisch, hetzij sofistich, en inclusief uitleg van termen en de plaats dan wel de vermelding van de drogreden.

De zesde- en zevendeklassers schrijven alle dagen een brief of een epigram, met daarbij telkens twee Griekse woordjes met vertaling.

Ja, pas die laatste groepen krijgen de beginselen van het Grieks geleerd, zo is mijn opvatting. Pas bij hen moet je de grammatica

cum quibusdam ex Erasmo proverbii et graecis scriptoribus, *Dialogos* praeterea Alexandri Hegii; introductiones quasdam Fabri Stapulensis in Aristotelis philosophiam; *Proverbia Solomonis*; *Ecclesiasten*; *Sapientiae* librum; *Ecclesiasticum*; quasdam Pauli epistolas; *De officiis* Ciceronis et Ambrosii libros; Boetium *De philosophiae consolatione*; Joannis Francisci Pici *Heroicos hymnos*; Baptistam Mantuanum *De patientia*; Plinii quaedam exquisita *Naturalis historiae* capita; libros Augustini *De doctrina christiana* et eiusdem *Enchiridion* idque genus alia.

Sed iam tempus est, ut receptui canamus, si unum hoc non praetermiserimus, Mercurii diebus (quem facundiae praesidem fabulantur) a superiorum classium discipulis vel carmen vel epistolam exigendam esse, Sabbatis autem modo disputationem modo recitationem superioribus diebus auditorum. Nam et id in se plurimum utilitatis habere nemo vel mediocriter eruditus ignorat.

Habes, Aedicolli suavissime, quemadmodum mihi in trivialibus Germaniae ludis instituendi pueri videantur. Vive, vale. Si quid novisti rectius istis, candidus imperti, si non, his utere mecum.

Excusum Daventriae in aedibus Alberti Paeffraet, millesimo quingentesimo decimo quinto, mense Martii.

behandelen van Chrysolaras of Constantinus of Theodorus, te samen met wat spreekwoorden uit Erasmus en Griekse auteurs. Verdere lectuur voor hen: Dialogen van Alexander Hegius; enkele inleidingen van Faber Stapulensis op de filosofie van Aristoteles; Gezegden van Salomo; Prediker; het boek Wijsheid; Sirach; enkele brieven van Paulus; de boeken Over plichten van Cicero en van Ambrosius; Boëthius' Troost van de filosofie; Johannes Franciscus Picus' Heroïsche hymnen; Baptista van Mantua, Over geduld; enkele capita selecta uit Plinius' De natuur; Augustinus' boek De leer van het christendom en van dezelfde auteur het Handboekje, en nog zo wat meer.

Maar het is nu tijd om de aftocht te blazen! Eén ding nog: 's woensdags (de dag van Mercurius, volgens de mythologie de verantwoordelijke voor welsprekendheid) zijn leerlingen in de hoogste klassen verplicht een gedicht of brief in te leveren, en 's zaterdags nu eens een discussie, dan weer een beschrijving van alles wat ze de dagen ervoor te horen hebben gekregen. Dat is namelijk bijzonder nuttig op zichzelf, zoals iedereen weet die ook maar een beetje scholing heeft genoten.

Voilà, mijn dierbare Aedicollus, dit is hoe volgens mij het onderwijs moet zijn aan jongens in middelbare scholen in Nederland. Leef wel en blijf gezond. Weet je iets beters dan dit alles, laat het me eerlijk weten. Zo niet, hanteer dan deze regels met mij.

Gedrukt te Deventer ten huize van Albert Pafraet, in maart van het jaar van onze Heiland 1515.

Over tekst en vertaling

De Latijnse tekst van Murmellius' brief *De ratione instituendi pueros in schola trivialis* is overgenomen uit: G. Boccoardo, *Pylade Brixiani grammatici versus hexametri*; A. Pafraet, Deventer 1515. Voor deze uitgave zijn enkele kleine aanpassingen gedaan: zo is het aantal komma's serieus teruggebracht. In opsommingen van boeken van zijn komma's tussen items vervangen door puntkomma's. Een enkele keer is een komma juist toegevoegd. Verder is de Latijnse tekst verdeeld in kleinere alinea's, conform de Nederlandse vertaling. Wat de spelling betreft zijn de meeste 16e eeuwse eigenaardigheden (-ae- voor -a- of -e-; -e- voor -ae-; -oe- voor -e-) gehandhaafd. Eenmaal is *Virgiliium* gecorrigeerd tot *Vergilium*, vanwege de naam *Vergilius* een regel tevoren. Het woord *Deus* ('God') is steeds gespeld met een hoofdletter. Een lang citaat van Augustinus is nu cursief gezet, evenals enkele titels. Bij citaten uit gedichten is waar mogelijk een versgrens aangegeven met het symbool /.

De vertaling probeert een middenweg aan te houden tussen een weergave die de toegang tot de Latijnse brontekst vergemakkelijkt, en een op zichzelf staande, goed leesbare literaire vertaling. In ieder geval zijn lange zinnen waar nodig gesplitst. Daarbij wordt zoveel mogelijk rekening gehouden met de volgorde waarin de informatie in het Latijn wordt aangeboden. Van annotatie is verder afgezien. De praktische regels aan het slot van b. zijn gezet als opsommingslijst. In de lijst huiswerkopgaven voor zeven verschillende groepen leerlingen aan het slot van c. is iets meer variatie nagestreefd dan in de brontekst.

